

TANULMÁNYOK

C. TÓTH NORBERT

A SZENTGYÖRGYI ÉS BAZINI CSALÁD VÁRAINAK LEÍRÁSA A ZSIGMOND-KORBÓL*

Mindkét család őse Hontpázmány nembeli Ábrahám volt, akinek egyik fiától a szentgyörgyi-, a másik fiától a bazini-ág származott. Az előbbi, a szentgyörgyi-ág 1438/1439 fordulóján kihalt és birtokaikat a másik ág örökölte, amely két részre osztva ifj. bazini és ifj. szentgyörgyi családokként birtokolta tovább. Kezdetben két váruk volt: a névadó Bazin és Szentgyörgy, amelyet Ábrahám fiai úgy osztottak el egymás között, hogy mindkét ág egy-egy várat kapott. A várak számát a szentgyörgyi-ágból való Péter gyarapította, aki 1390-ben adományul kapta Zsigmond királytól Borostyánköt és Éberhárdot. Ezzel szemben a baziniaknak nem sikerült várbirtokaik számát növelni 1437-ig, habár egy rövid időre Bazini György zálogba vette Steszew-i Moszcic-tól Sempte vár felét. E miatt Moszcic testvérének, Juganak fia, János perbehívta Moszcic-ot, mivel kizárta őt a vár birtoklásából. A várat végül a király 1426-ban a Pálóciaknak adta először zálogba, majd 1427-ben adományul is, hogy aztán 1430-ban a Rozgonyiak kezére kerüljön szintén zálogbirtokként.¹ A családnak az 1420-as években tehát összesen öt vár volt a kezén, ezek közül négynek (Bazin, Éberhárd, Sempte és Szentgyörgy) rendelkezünk a leírásával. A felsoroltak mindegyike valamilyen osztás alkalmával készült, s habár kettő, Éberhárd és Szentgyörgy vár leírása már napvilágot látott, a ritka lehetőség miatt, azaz, hogy egy család által birtokolt várak majdnem mindegyikének rendelkezünk a régészeti kutatás által is jól hasznosítható leírásával, célszerűnek látszik egy helyen közölni őket. A két eddigi ismeretlen felosztás esetében nem csak a vár, hanem az alatta elterülő város leírását is közlöm, hiszen ezekben is fontos információkat találunk a várakra nézve. (A várak abc sorrendben követik egymást, mellettük szlovák és német nevük, a középkori magyar megye és a mai ország neve, a várként való első említés és a leírás időpontja, valamint az oklevél jelzete, illetve az első közlés helye.)

* * *

* A szerző a Magyar Tudományos Akadémia – Magyar Országos Levéltár Zsigmondkori Oklevéltár kutatócsoportjának tudományos munkatársa. 1014. Budapest, Uri utca 54-56.

¹ Az eddigiekre lásd bővebben ENGEL PÁL: Magyarország világi archontológiája, 1301–1457. I-II. (História könyvtár, Kronológiák, Adattárak 5.) Budapest, 1996. (a továbbiakban: Engel: Archontológia) I. 275., 285., 307., 426., 409., II. 226-227.; Zsigmondkori Oklevéltár, VII. (1419–1420) MÁLYUSZ ELEMÉR kéziratát kiegészítette és szerkesztette BORSÁ IVÁN. Budapest, 2001. 1595., 2152., 2256., VIII. (1421) BORSÁ IVÁN – C. TÓTH NORBERT. Budapest, 2003. 462. (A Magyar Országos Levéltár Kiadványai, II. Forráskiadványok, 37. és 39.); LEDERER EMMA: A középkori pénzületek története Magyarországon (1000–1458). Budapest, 1928. 229-241.

1.

Bazin (Pezinok, Bösing), Pozsony megye, ma Szlovákia; 1295.²
1425. szeptember 21. (DL 11726., Neo-Registrata Acta [NRA] 377-30. és 358-29.
Átírta a pozsonyi káptalan 1437. január 26-án. DL 11727., NRA 324-40.)

Primo turrim lapideam supra portam castris Bozyn prenotati elevatam simulcum eadem porta ac cunctis edificiis in ipsa turri habitis, capellam insuper et puteum in eodem castro fundatam et existens communi partium usui, domos vero et edificia a dicta turri usque ad prescriptam capellam a plaga meridionali constructas et existens memorato Nicolao, ab ipsa autem capella usque ad aciem cuiusdam domus lapidee, magne stube annexe, easdem domum et stubam magnam includendo, a plaga scilicet septentrionali situatas et habita iamdicto Georgio. Et tandem ab ipsa acie domus prenotate usque ad cardinem hostii cuiusdam domus parve pistoribus apte antefato Nicolao; dehinc vero usque ad dictas turrim et portam memorato Georgio. Antemurale quoque ipsius castris vulgo parkan vocatum similiter in duas partes dividendo medietatem eiusdem a dicta plaga meridionali habitam dicto Nicolao et aliam medietatem prenarrato Georgio Groff semper sorte posita dimisissent. Pontes etiam castris, interiorem scilicet et exteriorem cum fossatis ac portam exteriorem cum propugnaculo seu ciborio et stuba parva portariorum supra et iuxta eandem portam existentibus, necnon stabula equorum cum toto vallo vulgo plank appellato ac intermedium eiusdem valli partibus prescriptis communiter habendo et in locis necessariis reformando commisissent. – Predictum siquidem oppidum Bozyn demptis ecclesia parochiali in honore Beate Marie virginis gloriose et hospitali in honore Sancti Spiritus fundatis, domibusque plebanie et rectoratus eiusdem hospitalis prebendariorum, campanatoris et scola, item vineis, molendinis et censibus seu redditibus a balneo vel aliunde eisdem ecclesie, hospitali et prebende seu altari earundem deputatis et proveniendis, quas et que partes statu, libertate et conditionibus sub prioribus permisissent, similiter in duas partes hoc modo sequestrassent: quod incepissent ab exteriori ponte prescripti castris et per medium platee vulgo Varucza seu Vasarucza vocate ad plagam meridionalem descendendo venissent ad circulum fori, ubi declinando versus plagam occidentalem incidissent in quendam rivulum per ipsum oppidum decurrentem et per decursum eius descendendo pervenissent ad finem eiusdem oppidi et sic medietatem ipsius totius oppidi a plaga occidentali existentem; ab illo fine usque ad alium finem demptis quibusdam duobus domibus, una scilicet parva in dicto fine oppidi prescripti iuxta dictum rivulum a prescripta plaga occidentali immediate existente, quam partes pro utilitate et commodo prenotati oppidi civibus et hospitibus de eodem utendam annuissent, alia vero magna vulgo perghauz vocata in superiori acie platee cerdonum constructa, quam alteri medietati ipsius oppidi adiunxissent iamfato Nicolao Groff dimisissent; reliquam vero medietatem ipsius totius oppidi a plaga orientali habita similiter ab uno fine usque ad alium unacum dicta magna domo aciali perghauz nominata preallegato Georgio Groff reliquissent, linea insuper vulgo Kertwczza appellata a plaga septentrionali adiacens iamfato Nicolao, altera autem linea eiusdem platee a parte dicti castris sita pretitulato Georgio Groff semper sorte posita cessisset et remansisset.

² Engel: Archontológia I. 275.

2.

Éberhárd (Malinovo), Pozsony megye, ma Szlovákia; 1390.³
1412. február 3. (DL 10758., NRA 321-31.; ZsO III. 1683.)

Posthoc autem ad castrum Eberharth presentibus Ladislao filio dicti comitis Petri ac legitimis procuratoribus dictorum filiorum Temmel accedendo ipsum castrum hoc modo divisissent, quod domos in introitu ipsius castri a parte dextra adjacentes in uno ordine a porta usque ad turrim magnam cum eadem turri ac domibus usque ad aliam turrim constructis dempta stuba magna in ordine prescripte porte sita, quam ipsis partibus communiter possidere commisissent, item medietatem cellarii in eodem castro habiti, a parte scilicet ipsius porte adjacentem cum stabulis in uno ordine extra castrum ex opposito ipsius porte sitis, procuratoribus ipsorum filiorum Temmel consentientibus, ad petitionem prefati Ladislai filii eiusdem comitis Petri in persona patris et fratrum suorum factam elective ipsi comiti Petro et filiis suis devenissent, alie vero domus universe castro in eodem constructe cum dicta alia turri ac alia medietate dicti cellarii item stabulis extra castrum in alio ordine sitis prefatis filiis Temmel reliquissent, turrim autem supra portam constructam simulcum stuba et camara circa ipsam portam habitis eisdem communiter, ita videlicet, ut quelibet partium eisdem volentibus in ipsa porta suum portarium habere debeat, commisissent.

3.

Sempte (Šintava), Pozsony megye, ma Szlovákia; ⁴ 11/12. század(?)
1423. április 11. (DL 11332., NRA 587-14.)

Item primo ipsum castrum Sempthe duos muros habentem, in cuius medio turris magna haberetur, taliter sequestrassent et divisissent, quod dictam medietas ipsius castri abintra a parte meridiei adiacens cum una stuba magna, super quam camera magna et inferius celarium haberentur, usque magnam statuam lapideam in medio alterius celarii existentem cum quoque ipsi magistro Johanni filio Juga, alia autem pars a parte aquilonis incipiendo ab ipsa statua unum palatium desertum cum medio et subtus eius unum cellarium similiter cum medio ac turris supra portam secundam, necnon tres domus penes eandem portam a parte occidentis existentes prelibato magistro Georgio; item media pars eiusdem castri ab extra a dicta plaga meridionali usque dimidietatem

³ Engel: Archontológia I. 307.

⁴ Engel: Archontológia I. 409. A semptei vár történetének, főleg régészeti szempontú, rövid összefoglalását lásd: IZSÓF JÓZSEF: A semptei vár kutatása. Castrum Bene, 1989. Várak a 13. században. Szerk. HORVÁTH LÁSZLÓ. Gyöngyös, 1990. 153-162. (A tanulmányra HORVÁTH RICHÁRD barátom hívta fel a figyelmemet, amelyet ezúton is köszönök Neki.)

cuiusdam pignaculis, que a parte occidentis haberetur, simulcum turri supra primam portam ipsius castris et omnibus edificiis domorum in eadem plaga meridionali existentibus similiter ipsi Johanni, alia vero pars a dimidietate ipsius pignaculis incipiendo versus ipsam plagam aquilonis similiter cum omnibus edificiis domorum ac quoquina in eadem plaga existentibus prelibato magistro Georgio. – Turrim vero magnam, que solum unum hostium haberet, dividere nequivissent, sed ipsis partibus volentibus et concernentibus taliter reliquissent, ut unaqueque partium duos ex familiaribus eorum continue in eadem pro custodia conservaret, ad alias autem duas turres turrisque alicui partium cessisset, talis pars ad eandem suum hominem pro eius custodia et conservatione apponeret et ipsas duas portas dicte partes per ipsorum homines equali sub duabus clavibus custodire facerent. – Capellam siquidem in dicto castro in honore Beate Margarethe fundatam simulcum fonte seu puteo ibidem habito in communum ipsis partibus deputassent. Ceterum quia ipse magister Georgius Groff stuba, cellarario ac domo, in qua panes piscarentur, careret et minus exterior a parte orientis propter ruinam defectum pateretur, obhoc ipsi dictam stubam, cellararium, domum ad portionem ipsius magistri Johannis deventas usque festum Sancti Martini confessoris nunc venturum solum ipsis partibus in communi ruptumque murum unanimiter reformare, resignare et reedificare commisissent. – Hocque pacto ex quo oppidum Sempthe per serenitatem domini nostri regis in liberam civitatem prefectam extitisset, ideo eandem civitatem, item molendina quelibet tam in territorio ipsius civitatis et castris Sempthe, quam etiam in tenuis eiusdem castris existentia ad idemque castrum pertinentis ac tributa in dictis possessionibus Zered et Farkashyda habita, necnon piscinas et alias aquas piscatorias ac allodia in dictis tenuis existentes et habita non divisissent, sed omnis proventus seu datia de dictis civitate, molendinis, tributis, allodiis, piscinis et aquis proveniendis et provenire debentia equivalante ipsis partibus dividere inter se commisissent.

4.

Szentgyörgy (Bielý Kameň) Pozsony megye, ma Szlovákia; 1295.⁵
1412. február 3. (DL 10758., NRA 321-31.; ZsO III. 1683.)

Domos in uno ordine in introitu castris interioris a parte sinistra adjacentes cum cellarario de subtus habito, que etiam prius ipsius comitis Petri extitissent, simulcum alio cellarario sub domibus filiorum Temmel iunioris constructo ac tribus domibus seu camaris, necnon stuba parva supra ipsum cellararium in eodem ordine cum coquina post sese edificatis eisdem filiis Temmel consentientibus elective et non per sortem eidem comiti Petro et filiis suis; item in introitu ipsius castris a parte dextra domos sub una tectura usque turrim sitas, que condam Temmel bani fuissent, cum cellarario sub ipsis domibus existenti demptis stuba magna, pallatio et capella contigue supra idem cellararium situatis, quas ipsis partibus communiter possidere commisissent, preterea stuba parva,

⁵ Engel: Archontológia I. 426.

pretorium et una camara supra dictum cellarium Temmel iunioris cum alia stuba et pretorio usque tecturam supra easdem existentes ac una coquina dicti condam Temmel bani cum duabus parvis camaris una supra aliam inter ipsas duas coquinas edificatis ipsis filiis Temmel iunioris per modum bimembris divisionis successissent; turrim autem magnam in eodem castro sitam usque vitam ipsius comitis Petri senioris eidem et filiis suis, aliam vero turrim ibidem habitam dictis filiis Temmel iunioris servare commisissent, ita videlicet, ut utraque pars homines eorum captivos simul aut per se semper in carcerem in dicta turri ipsis filiis Temmel deventa habitum inponere, servare et excipere liberam habeant facultatem, turribus autem de eisdem ipsi sibi ipsis mutuo et eorum hominibus nocumenta, iniurias vel aliquas insolentias facere non debeant, ubi vero per inimicos eorum molestarentur et necesse esset, tunc ipsi easdem turres communiter servare et de eisdem defendere se debent, decesso autem eodem comite Petro seniore filii eiusdem cum filiis eiusdem Temmel et e converso in eisdem turribus aliam dum voluerint, possint facere divisionem seu dispositionem. Et quod vias in ipso castro interiori ad domos ipsis partibus deventas tendentes neutra partium in prejudicium alterius recludere seu restringere debet, pugnaculum vero vulgo erkel vocatum supra portam ipsius castris interioris edificatum ipsis filiis Temmel, turrim autem supra portam castris exterioris simulcum camaris seu stubys circa portas tam castris interioris, quam exterioris constructis ipsis communiter commisissent, ita videlicet, ut in utrisque portis ambe partes portarios et seras servare et habere debeant, aliam vero turrim prope turrim supra portam castris exterioris in eodem ordine constrictam simulcum edificiis in muro et sub muro eiusdem ordinis cum medietate alterius muri post sese habiti possidere et edificia preparari facere ipsi comiti Petro et filiis suis, turrim autem viztoron ex opposito ipsius porte constructam simul cum domo sub ipsa turri edificata dempta domo pistor(is), que ipsi comiti Petro et filiis suis cessisset, iamfatis filiis Temel cum muro eiusdem ordinis ac alia medietate dicti muri ipsi comiti Petro derelicti similiter cum edificiis in eisdem muris et sub muris constructis et edificatis reliquissent possidere et in eisdem edificia preparari facere per eosdem.